27

exteriores debent. nec tamē eis vehemēt incube
re. Sacerdotes recte ꝛ capud ꝓhibētur radere.
ꝛ comā nutrire: ut cogitacōnes carnis de vita
subditoꝝ. nec a se funditus amputent. nec rur
sus ad crescendū nimis relaxēt. Ubi et bene di
citur. tondentes tondeant capita sua. vt videlicꝫ
cure tempalis sollicitudines. ꝛ quātū necesse ē
prodiant. ꝛ tamē recīdātur cicius. ne immode
racius excrescant. Dū igitur ꝛ per amministra
tam exteriorē prouidenciam corporum vita ꝓ
tegitur. ꝛ rursus p moderatā cordis sollicitudi
nem intencō nō impeditur. capilli in capite sa
cerdotis ꝛ seruantur vt cutem cooperiāt. ꝛ rese
cantur ne oculos claudāt.

Que esse debet rectori discrecō. et dissimulacō
nis. feruoris. ꝛ māsuetudinis. Cap. 19.

Inter hec necesse est. vt rector sollerter inui
gilet ne hunc cupido placēdi hominibus
pulset. ne cū studiose interiora penetrat. cū ꝓ
inde exteriora subministrat. se magis a subdi
tis diligi. quā veritatem q̄rat: ne cū bonis acti
bus fluctus. a mundo videt alien⁹. hunc aucto
ri red dat extrancum amor suus. Hostis nāqꝫ
redēptoris est. q̄ p recta opa que facit eius vi
ce ab ecclesia amari ↄcupiscit. quia adulterine
cogitacōis reus est: si placere puer sponse ocu
lis appetit: p quem sponsus dona trāsmisit. Qui


TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
gefördert durch die DFG